

1512 febbraio 4, Verola Alghise.

Il medico maestro Comino Sacchetti e Pietro Antonio da Milano, procuratori di donna Auriga Fregosa Gambara, assegnano in godimento a Graziolo di Corticelle, servitore del conte Nicolò Gambara, una casa con bottega in contrada della piazza, fino a sconto del suo credito di L. 60 *planet* con il conte.

Brescia - Archivio di Stato: Notarile Brescia, filza 353, notaio Tonino Grena.

Ediz.: inedito.

(*trascr.:* T.C., 08.2008)

Datio Insolutum Gratioli de curticellis a Magistro Comino de Sachettis

Die quarto mensis februarij millesimo quingentesimo duodecimo Indictione quintadecima In domo habitationis Infrascripti domini Magistri¹ Comini de sachettis sita in terra Virolealgisij in contrata platee presentibus Magistro Bernardino quondam Simonini de garapinis et Magistro defendino filio-quondam Maphei de garapinis ambobus habitatoribus² terre³ Virole Veteris testibus etc Asserentibus etc

Cum sit quod Gratiolus de curticellis fuerit et sit creditor Illustri domini Comitis Nicolai de gambara de libris sexaginta planet pro mercede ad standum cum⁴ eo et seruiendum ei necnon ad sumendum et alia laboreria faciendum de quo credito constat in libris Ipsius Gratioli Idcirco dominus Magister Cominus de sachettis artium et medicine doctor necnon petrus Antonius de mediolano procuratores substituti per Illustrem dominam Aurigam fregosam de gambara per cartam procure rogatam et scriptam per me notarium Infrascriptum volentes cautum reddere suprascriptum gratiolum pro dicto suo c[re]dito Assignauerunt et assignant ipsi Gratiolo presenti et acceptanti nominatim vnam domum seu corpus domus cum apotheca sita in terra Virolealgisij in contrata platee cui coheret amane amonte et asera suprascriptus dominus Comes Nicolaus et ameridie strata saluis etc Quam domum ipse Gratiolus tenere et gaudere debeat donec fuerit satisfactus pro dicta summa librarum sexaginta planet cum hoc tamen quod dictus Gratiolus teneatur restituere dictam domum prefato Magistro domino Comino seu eius heredibus ad omnem eius requisitionem Ipso tamen dante et cum effectu numerante dictas libras sexaginta planet Ipsi Gratiolo Promittentes etc obligantes etc Constituentes etc Et renuntiantes etc

de quibus omnibus et singulis suprascriptis rogatus sum ego Toninus de grena notarius publicum conficere Instrumentum ad laudem viri sapientis /

¹ Segue «Jacobi», cancellato.

² Segue «dicte», cancellato.

³ Segue «Virolealgisij testibus», cancellato.

⁴ Corretto da «et».